Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26418
Copyright: Admont, Benediktinerstift





Et statim erectus est uicinior: & magnificabat dominum
dicens. quia ademonio me liberauit. Pensior uero
pristine sanitati redditus. credidit domino cum omni do
domo sua. Prosternens autem se romulus interram. cum mag
na deuocione orauit ad dominum & dixit. Deus gratias ago
tibi quia per apostolum tuum exaudisti me. et liberasti uicinio
rem ademonio. pensiorem ab omnibus languoribus.
Et baptizatus est karisius & domus eius tota. in nomine
patris & filii & spiritus sancti. & crediderunt omnes Tunc reuersus
romulus nunciauit domino suo quod karisius cum omni domo
sua crederet in dominum ihesum xpm. in cuius nomine fi
lios suos saluti letabatur redditos. Et dixit Petrus.
Gratias ago tibi domine quoniam exaudisti me. Postea uero cepit
ambulare per urbem romam. & docebat omnes die ac noc
te. Tunc beatus petrus rogauit romulum & iustinum
dans illis duos ministros ut uenirent in ciui
tatem sutrinam & docerent ibi uerbum fidei. & bap
tizarent credentes in nomine domini nostri ihesu xpi.
Tunc beatissimus iustinus et romulus. & marchiti
anus et crescentius. ambulantes simul peruenerunt
ad ciuitatem que uocabatur nepina Ut autem uenerunt
ante portas ciuitatis. inuenerunt ibidem pue
ros & puellas loquentes de uiro iustiniano episcopo.
qui sermonem dei docebat per ciuitatem cottidie.